UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Confirmatio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

Confirmatio, vide Archiepiſcopus. Baptiſmus.

1 Confirmatio debet à ieiunis dari, & accipi, & in Eccleſia. Ex cauſa tamen poterit etiam poſt prandium, & alio loco honeſto. Epiſcopusque confirmare poterit etiam tempore interdicti, ſicut & Chriſma conficere.

2 Confirmans in ſua Diœceſi etiam alienos concurrentes, non peccat: credendum enim gratum id eſſe proprio Epiſcopo. *

3 Non poteſt Epiſcopus confirmare in aliena Diœceſi, ſine licentia proprij Epiſcopi. * *Syl. l.c.*

4 De quo dubitatur an ſit confirmatus, confirmandus ſub conditione, ſi non eſt confirmatus.

**Sua. l.c. Sect. 1. col. 6.* etiam ſi mente retineatur conditio. *ib.*

5 Non confirmandus perpetuò amens, nec infans ante ſeptennium. Quidam tamen putant poſſe vtrumque confirmari; quin etiam expedire, vt infantes confirmentur, & quidem debere, ſi ſint morituri.

* *Vide Sot. d. 7. q. vni. ar. 8. Val. t. 4. d. 5. q. p. 2.* Infantibus veteres dabant confirmationem, *Sua. d. 35. Sect. 2. ex D. Th. Bonauent. Gab.* opinio de ſeptennio in vſu modo eſt: ſed ſi timeatur diuturna Epiſcopi abſentia, ante vſum ratio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis confirmandus puer. *Suar. lib. cap.*

Quidam} Suar. ib. amentes non perpetuo ſi putentur bene diſpoſiti cõfirmandi omninò.

6 Chriſma oportet eſſe vnius anni; nam vetus comburendum in Eccleſia.

* *Cap. ſi quis de alio de conſe. d. 4. Sua. d 38. ſ. 2. Bellar. t. 1. l. 4. c. 6. de verbo Dei, non ſcripto. Sylu. verb. oleum*, dicit crimen eſſe vt oleo veteri.

7 Balſamum eſt de neceſſitate præcepti; an verò ſit etiam de neceſſitate Sacramenti; alij aiunt, alij negant.

* Aiunt} *Suarez. l. c. d. 33. q. 1.* putat balſamum eſſe de eſſentia Sacramenti cum oleo mixtũ ex *D. Th. Bonau. Rich. Scot. Duran. Rab. Concil. Flor. P. Sot. l. 2. de confir. Bellar. l. 2. c. 8. & 9. de confirm.*

Negant} *Sot. d. 7. q. vni. art. 2. Nau. c. 22. nu. 8. Val. l. c. q. 1. p. 2. Vict. nu. 41. Couar. t. 1. var. c. 10. nu. 4.* vbi docet in neceſſitate oleum ſufficere. Chriſma eſſe omnino neceſſarium ad ſacramentum eſt de fide *Conc. Flor. & Trid. ſeſ. 7. c. 2. Suarez. l. c.* chriſma autem conſtare ex oleo, & balſamo, certum putat Suar. licet non de fide.

8 Balſamum Indicum verè eſt balſamum.
* *Sot. l. c.*

9. Facienda vnctio, in fronte, cum ſigno Crucis, & inuocatione Trinitatis.

* Nocumento Sacramenti *Sot. l. c. artic. 4. q. 10. Val. l. c. p. 3. verſ. Quin. Sua. l. c. ex D. Th. & patribus ſect. 3. col. 1. Bellar. l. c. c. 8.*

Non poteſt eſſentialis vnctio in fronte aliquo

quo inſtrumento confici, digitus, vel manus eſſentialis eſt; pollex dextræ neceſſarius ex præcepto eccleſiæ Sua.l.c.in fin.

Signo te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis, cum inuocatione Trinitatis, eſſentialia verba formæ, vel æquipollentia. Sua.l.c. ſect.5.Flor.Sot.l.c.art.4.

10 Omittere cereum, aut colaphum, non eſt peccatum mortale.

*Val.l.c.q.1.p.3. De cereo, cuius meminit Sot. nulla mentio neque in Pontificali, neque apud veteres. Sua.l.c.

11 Non peccat mortaliter, qui negligit confirmari, ſi abſit contemptus.

*Pro vtraque diſputat Couar.l.c.nu.5. & hãc tenet, Val.l.c.p.3.Syl.l.c.num.3.

Non ſolum contemptus, ſed etiam notabilis negligentia mortalis eſt. Sot.d.18.l.c.1. Vide Tol.l.2.c.24.in fine, Sua.d.38.5.1.

12 Negligentia Epiſcopi notabilis in confirmando, mortale eſt peccatum.

* Syl.l.c.& Sua.

13 Non eſt neceſſe præmitti ieiunium, aut Confeſſionem.

*Sot.l.c.art.8.

14 In neceſſitate idem poteſt eſſe patrinus qui fuit in Baptiſmo.

* Syl.l.c.num.4.in fine.

15 Patrinum oportet eſſe confirmatum. Caiet. in Baptiſmate, de Conſec.d.4.

*Nam licet *Sot.d.42. q. art.1.* putet à non cō-firmato poſſe contrahi affinitatem, contrariũ tamen placet. *Vict.nu.51.Sua.q.72. comm.art.10.* Peccat, ſi ſit Patrinus non confirmatus. *Syl. l. c.* & fortè mortiferè. *Sua.l.c.in fine.*

16 Nec in neceſſitate, quidam volunt licere tenere filium, aut fratrem: cum quibus ego nō ſentio.

*Neque enim eſt neceſſarius: & ſi pater teneat non poteſt debitum petere. *Sot.l.c.art.10.*

17 Ligandam frontem donec ſicetur vnctio, nec lauandam per ſeptem dies quidam aiunt. At ſolent Epiſcopi miniſtri eam ſtatim tergere; quare etiam poſtea lauari poteſt, ſi opus ſit.

Syl.l.c.nu.4 Sua.d.37.ſect.2. ſeruanda tamē cuiuſque loci conſuetudo. *Sua.ib.*

Addit.} Oleum ſit oliuarum; eſt enim verè oleum, vt non eſt ſuccus nucum. *Sot.loco cit.articul.2.*

Corruptum chriſma dubia materia. *Sua.d. 33.5.in fine.*

Chriſma neceſſitate Sacramenti ab Epiſcopo conſecrandum eſt. *Sua.l.c.ſect.2. Sot.l.c.art. 3.* licet alij contra ſentiant.

Poteſt autem Papa ſimplici Sacerdoti concedere, vt poſſit conſecrare. *Sot. ibid.* & poteſt permittere eidem facultatem confirmandi. *Sot.ibid.Vict.num.50. Couar.l.1.var.cap.10. à nu. 6.* vbi multa pro vtraq; ſententia. *Sua.d.36.ſect.*

ſecun-

ſecunda. nulli tamen, Sacerdote inferiori *ibid.* *& Couar.l.c.nu.13.contra quoſdam.*

Papa nondum conſecratus in Epiſcopum poſſet ſecum diſpenſare ad confirmandum, *Suar.l.c.*

Epiſcopus vinculo etiam excommunicationis ob hæreſim vinctus validè poteſt confirmare.*Suar.l.c.ſect.*1. etiam ſi ſit degradatus. *ex Flor.& Trid.*

Suſcepturus hoc ſacramentum habeat primam gratiam, (Inſtitutum enim eſt ad eam augendam)quam ſi non habet, tenetur conteri, vel cum attritione confiteri. *Sua. diſtin.* 34.ſ.2.

Vnus tantùm debet eſſe patrinus, ſi tamen plures adhibeantur, omnes contrahunt.*Sua.l.* *ſ.q.72.comm.art.10.ex c.Quamuis de cognat.ſpirit.* *l.6.Sylu.c.nu.4.Tol tamen l. 2. c.24. num.11.duos patrinos, vt in baptiſmo, eſſe poſſe, dicit. Vide ſupra. Verſ.Baptiſmus.nume.*15.

Coniux, vide Matrimonium.
Conſcientia vide Dubium.
Conſecratio, vide Benedictio, Calix.

1 Eccleſia quolibet die poteſt conſecrari. *Vide de conſecr.Eccl.c.2.*

2 Eccleſia conſecranda ab Epiſcopo proprio, vel ab alio de illius licentia.

* *D conſecrat.d.1. Vide Syl.conſecratio.2.num.2.*

3 In Eccleſiæ conſecratione oportet Miſſam

 cele-